Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26344
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ducemur. Et interim quidem nunc depositis corpo
ribus singuli in illam requiem secundum animam in illam requiem
ingredimur. quando autem resurgemus dupliciter id est
tam secundum animam quam secundum corpus quiescemus. Ihesum
Christum secundum predictas rationes primum et octavum esse
diem fidelium et cum dilectione credimus. Hec tibi de
sabbato responderim. Tamen nunc de eo quod obiecisti quod
alterius quoque precepti de decalogo transgressores
simus quod dictum est. Non facies tibi sculptilia. Non adorabis ea
neque coles. similiter quaerenda sunt respondere. Sed prius
est ut pagina que superius cepta fuerant de sacrifi
cio carnis et sanguinis quod in lege per moysen ordi
natum est et de sacrificio panis et vini quod Christo unitum
dominus secundum ordinem melchisedech. Et hoc quidem fa
cere insistam. sed ut benivolum te reddere queam
ad audiendum persuadere cupio quatinus deponas
animi contemptum quo soles esse tenere nationes gentium.
te solum existimans nobilem populum. aut omnium populorum
nobilissimum. IUD. Recte ego sic existimo
quia iudeus ego sive iudaicus populus non sum sicut ceteri
hominum. sicut cetere gentes sunt. Numquid tu ipse aliter
sentis aut de nobilitate generis nostri contrariam sen
tentiam proferre vis? XPIANUS. Ego sententiam profer
re non cupio contrariam veritati. sed si de nobilitate car
nis gloriari vis. ego tibi veracem demonstrare possum quia
non est unde gloriari possis. Et ut breviter hoc faciam. dic
mihi nunc in quibus hominibus nobilitas generis tui maxi
me claruit. IUD. In regibus nostris maximeque
in david et in ierusalem civitate dei. in templo et in
omni gloria ordinis sacerdotalis atque levitici. X.
In primis de tota tribu regia tribu iuda que no
bilissima fuit. ego tibi dico quia fuit quod verum est at